



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

62. An si quis habens peccata mortalia, quæ ex justa causa non potest  
aperire Confessario, teneatur saltem confiteri peccata venialia, ut  
adimpleat præceptum confessionis? Et an saltem sub veniali ex ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

## RESOL. LXI.

An quis in Paschate teneatur confiteri peccata venialia, saltem si peccata mortalia habet, quae ex justa causa non debet aperire in confessione?

Et an Ecclesia sacramentalem confessionem de venialibus precipere minime possit?

Et an Clementina unica de statu Monachorum, ubi precipitur Religiosis S. Benedicti, ut semel in mense confiteantur, non obliget sub mortali, si habent tantum venialia?

Et quid sit dicendum, si Monachi etiam peccata mortalia habeant? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 124. aliis 125.

Sup. hoc in Ref. praeterit. & in omnibus aliis ejus annor.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Nugnus in *addit. ad 3. part. quest. 6. artic. 6. diff. 1.* quia talis homo, simpliciter loquendo, habet praecipuum confessionis, & potest illud adimplere confitendo venialia. Ergo tenetur.

2. Sed contrariam sententiam in terminis docet Suarez in *3. part. tom. 4. disput. 36. sect. 6.* Et ratio est, quia nullum praecipuum, nec quidem Ecclesiasticum obligat fideles ad confessionem peccatorum venialium; ut probant Vasquez in *3. part. tom. 4. quest. 90. art. 2. dub. 1.* Layman in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 18.* Fagundez *pr. 2. lib. 2. cap. ... num. 5.* & alij penes ipsos. Ergo si quis non potest confiteri ex justa causa peccata mortalia, non tenetur confiteri venialia.

Sup. hoc magis late in tom. 3. tr. 1. Ref. 23. & in Ref. 1. not. seq. 5. 1. & in Ref. 2. 5. Verum. à lin. 5.

3. Quae omnia ita vera sunt, ut aliqui Doctores asserant, Ecclesiam sacramentalem confessionem de venialibus praecipere minime posse, ut tradit Paludanus in *4. dist. 17. quest. 3. art. 4. concl. 2.* cui favent Sylvester *ver. confessio 1. quest. 13.* Sotus in *4. dist. 18. qu. 1. art. 3. arg. 2.* Henriquez *lib. 4. cap. 4. num. 10.* Rodriguez *qq. Reg. tom. 1. quest. 62. art. 1.* & alij, licet contrarium sentiat Benzoni de Jubilaeo *lib. 5. capit. 15. dub. 6.* Vasquez *loco citato, art. 2. dub. 3.* Suarez in *3. part. tom. 4. disp. 22. sect. 8.* Navarrus in *cap. placuit. disp. 6. de poenit. num. 122.* & alij.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 24. à §. 2. usque in finem dictae Ref. & in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 124. §. 2. & seq.

4. Sed quidquid sit de hoc, aliqui putant Clementinam unicam de statu Monachorum, ubi precipitur Religiosis S. Benedicti, ut semel in mense confiteantur, non obligare sub mortali, si habeant tantum peccata venialia, ut docet Nugnus in *addit. ad 3. part. quest. 6. artic. 5. diff. 7.* Molfesius in *summa, tract. 2. cap. 10. num. 21.* Megala in *1. part. lib. 5. cap. 4. num. 4.* & alij penes ipsos, licet absolute doceant Caetanus *tom. 1. opuscul. rit. 5. quest. 1.* & Cano *relect. de poenit. part. 5.* supradictam Clementinam non obligare sub mortali, etiam si Monachi peccata mortalia habeant; & ideo sic asserit Villalobos in *summa, tom. 1. tract. 9. diff. 28. n. 5.* [Los Monges Benitos tienen precepto en una Clementina de confesarle todas las vezes, que tienen conciencia de pecado mortal, el qual precepto se etiene à los de mas y solo obliga à pecado venial, como dize Henriquez *lib. 1. cap. 4. num. 10.* mas à mi pareceme que no esta en uso, sino de confesarle à su tiempo.] Ita ille.

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeteritae in ejus §. ult.

§. 1. **N**egativè olim respondi, novissimè affirmativam sententiam tenet Pasqualigus in *Theolog. tom. 2. disput. 83. sect. 5. num. 35.* ubi sic ait: Dico tertio quando poenitens haberet unicum peccatum mortale, & illud non posset explicare, & urgeret praecipuum confessionis, teneretur confiteri venialia tacendo mortalia. Probatur, tunc, urgeret praecipuum confessionis. Ergo est implendum eo modo quo potest. Ita ille; qui citat Granadum, quem ego antea citaveram, & poterat adducere etiam Nugnum in *addit. ad 3. part. 6. art. 6. difficult. 1.*

Et an saltem sub veniali ex praecipuo Ecclesia teneatur confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret?

Et an, qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialis teneatur saltem ex vi praecipii confessionis ad comparandum coram proprio Sacerdote, &c?

Et quid, si adsit scandalum? Ex *ps. 1. tract. 6. & Milc. 6. Ref. 61. aliis 59.*

§. 1. **N**egativè olim respondi, novissimè affirmativam sententiam tenet Pasqualigus in *Theolog. tom. 2. disput. 83. sect. 5. num. 35.* ubi sic ait: Dico tertio quando poenitens haberet unicum peccatum mortale, & illud non posset explicare, & urgeret praecipuum confessionis, teneretur confiteri venialia tacendo mortalia. Probatur, tunc, urgeret praecipuum confessionis. Ergo est implendum eo modo quo potest. Ita ille; qui citat Granadum, quem ego antea citaveram, & poterat adducere etiam Nugnum in *addit. ad 3. part. 6. art. 6. difficult. 1.*

2. Sed ego non recedo à sententia, quam docui cum Sanchez, & quam me citato docet Leander de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 3. q. 32.* & me citato Eminentissimus Lugo de *poenit. disp. 15. sect. 7. num. 175.* ubi sic ait: Idem videtur dicendum in casu, quo aliquis habeat unum solum mortale, quod sine gravissimo periculo dicere non potest suo Confessario: nam licet illi confiteatur alia venialia, & taceat illud mortale in iis casibus, quibus id licet tacere potest, atque adeo faciat confessionem formaliter integram, non tamen dicitur satisfecisse praecipuo confessionis annuae, sed debet illud mortale intra annum confiteri eidem, vel alteri Confessario, si possit absque illo periculo.

3. Dices, illa confessio venialium erat tunc debita ex praecipuo: nam qui non potest confiteri mortale quod habet, debet saltem confiteri venialia, ut absolvetur saltem indirectè ab illo mortali. Respondetur de obligatione, quam habet confitendi venialia in illo casu est dubium; pro nunc dico illam obligationem non esse ex praecipuo divino, vel Ecclesiastico confessionis, sed si quae est, esse ex obligatione non communicandi absque confessione, vel ratione charitatis propriae, vel ex alio capite. Ita Lugo.

4. Dicendum est igitur in casu proposito, nullum adesse praecipuum obligans fideles in communi ad confitenda venialia. Notat etiam Leander *q. 33.* & quarit an saltem teneatur sub veniali ex praecipuo Ecclesiae confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret; aut si in illo non caret, non potest aperire illud; & respondet negativè.

5. Nota hic obiter contra Suarez *disputat. 36. sect. 2. num. 9.* Fagundez *pr. 2. lib. 1. cap. 2. n. 9.* & *lib. 2. cap. 1. num. 4.* Leandrum, & alios, cum, qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialium, non teneri ex vi saltem praecipii confessionis ad comparandum coram proprio Sacerdote, & illi dicere se non habere conscientiam peccati mortalis, quia si comparere deberet maxime ad hoc ut proprius Sacerdos cognosceret vultum sui peccatoris: at poenitentis vultus non debet cognosci à Sacerdote nisi in iudicio confessionis: ergo ex quo semel cessat obligatio hujus iudicii, cessat obligatio sic comparandi. Verum est, quod ratio scandali sedandi, si ortum est, ex eo quod quis non confiteatur, posset fortè aliquando contingere talis obligatio comparandi, sed non ratione praecipii confessionis. Ita Vasquez in *3. part. tom. 4.*

## RESOL. LXII.

An si quis habens peccata mortalia, quae ex justa causa non potest aperire confessario, teneatur saltem confiteri venialia, ut adimpleat praecipuum confessionis?

rem. 4. *question. 90. articulo. 2. dubio 2. numero 18. Cardinalis Lugo de pœnitent. disputat. 15. numero 133. Hurtado de Sacrament. disput. 7. difficult. 7. & alij.*

RESOL. LXIII.

*An. qui peccatum mortale commisit, si timeat grave damnum, si illud confiteatur, teneatur illud saltem in genere confiteri?*

*Et an in dicto casu, si ex justa causa taceat peccatum, teneatur ad contritionem illius perfectam?*

*Et an teneatur, cum primum possit, confiteri tale peccatum, vel possit illud confiteri, cum accedat tempus, in quo obligat præceptum confessionis?*

*Et quid faciendum est in eventu, quo Communionem sine gravi scandalo præmittere quis non possit, se confesso est adeo longa, ut tunc perfici non possit?*

*Idem est, quando Parochus deserit Eucharistiam agrotis, & petit reconciliationem, &c.*

*Et an, quando præceptum confessionis instat, & vir ignora lingue non habet copiam confessarij, qui illi non plene intelligat, possit absolvi, auditis illis peccatis, quæ aliquo saltem modo percipi potuerint à Confessario?*

*Idem afferitur de muto, surdo, aut balbutientis lingua. Ex part. 11. tractat. 8. & Miscell. 8. Resol. 45.*

Suppono probabiliter pœnitentem imminente præcepto annuæ confessionis, aut necessitate suscipiendi Eucharistiam, vel celebrandi Missam, posse confiteri sua peccata tacito peccato de quo probabiliter timet grave incommodum; ita Coninch de Sacrament. disput. 7. dub. 9. numer. 76. Henriquez lib. 5. cap. 12. numer. 3. & alij. Sed pro responsione dubij in titulo hujus Resolutionis appositæ, limitet hoc Suarez disput. 18. sect. 2. numer. 6. ut tunc debeat confiteri quando præter mortale subitendum, habet aliud mortale confitendum. Secus verò si solum veniale, ad quod confitendum non tenetur ex præcepto. Ad hoc Ref. dit etiam, nec teneri mortale illud reticendum, confiteri in genere eo modo, quo diximus teneri eum, qui solum in genere meminit se peccasse mortaliter.

2. Verum hoc ultimum non admittit Dicastillus de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 11. numer. 880. sic enim ait ipse, possit quis peccata in genere confiteri citra id incommodi, non video, cur non teneatur? Teneri enim sic probo. Peccatum mortale in genere est materia confessionis, & quidem si aliter non possit explicari, etiam sic confiteri est materia necessaria ut patet in eo, qui solum meminit peccati in communi, ergo etiam in nostro casu erit materia necessaria; & consistenda: Alioquin non dicere peccatum mortale, qualiter est in conscientia, & citra incommodum potest explicare, atque ita docet Lugo citandus. Ea propter debet explicari peccatum tacendo circumstantiam, unde timetur prudenter tale damnum grave. Sed Lugo disput. 16. numer. 528. asserit, frequenter id esse periculofum. Nam si aperias peccatum, Confessarius statim interrogabit conditionem, personam, aliamve circumstantiam ad cognoscendam speciem, quam si neges videberis confiteri aliud peccatum, quam feceris; si verò dicas te non recordari, aut non posse, seu non teneri ad id dicendum, eo ipso præbes occasionem majorem suspi-

picandi. Nihilominus ipsemet offert modum paulò post numer. 532. nempe si dicat in genere aut specie non completa tacendo illam circumstantiam. Sic ergo posset dicere se fecisse peccatum mortale, & fortasse dicere in tali genere, sed non recordari cujus speciei. Quod verum est intelligendo de notitia, quæ possit tunc deservire ad confitendum in ea occasione. Illud verò de obligatione dicendi venialia, ordinariè verum est, nisi forte in mortis articulo propter periculum damnationis æternæ, quando si non habeat perfectam contritionem, sed attritionem generalem, tunc enim per attritionem, & Sacramentum remitteretur indirectè mortale, ut ibidem docet Suarius, & Lugo illum sequuntis, qui rectè idem putat de suscepturo Eucharistiam, vel aliud Sacramentum, si solum haberet attritionem. Sapienter quoque addit id quod nos in simili diximus, nempe in articulo mortis etiam cum detrimento propriæ famæ aut temporali alio teneri confiteri, si aliter non possit justificari ob defectum perfectæ contritionis. Hucusque Dicastillus.

3. Non deseram tamen hic adnotare, sententiam Suarez, quam Dicastillus impugnat, docere etiam Bonacina de Sacrament. disput. 5. quest. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. diff. 4. numer. 15. At ego contra ipsum, & Suarez magis adhæreo sententiæ Dicastilli, quam ante illum ex Reginaldo, & Henriquez docuerat doctus P. Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q. 52. Quia tali casu pœnitens se haberet, sicut qui recordatur se fecisse aliquod peccatum mortale, & fortasse in tali genere; sed non recordatur speciei, qui certè teneretur illud confiteri. Quare etiam in nostro casu esset bonus modus confitendi dicendo, recordor ejusmodi gravis peccati, quod feci, & non occurrit mihi pro nunc quale fuerit: hoc enim verum est intelligendo de notitia, quæ deservire possit ad confitendum illud hic, & nunc absque periculo.

4. Sed hic obiter quero, an qui ex justa causa taceat peccatum, debeat procurare illius contritionem perfectam, sicut, quando est celebraturus, aut communicaturus, & non habet copiam confessarij debet habere contritionem. Dicastillus ubi supra. n. 834. putat attritionem sufficere; quia ait ille, ut rectè notabat me audiente olim Vasq. de hac re interrogatus, & notavit Lugo supra. n. 533. illud peccatum cum sola attritione potest indirectè remitti, non secus, atque peccata, quæ ex oblivione inculpabili non dicuntur, remittuntur indirectè per Sacramentalem absolutionem directè cadentem supra alia peccata juxta Trident. sess. 14. cap. 5. in quo non est eadem ratio, quando quis omnino caret copia confessarij, quo casu nisi habeat perfectam contritionem per solam attritionem, ne indirectè quidem liberatur à peccato, cum nullum suscipiat Sacramentum, virtute ejus remittatur directè, aut indirectè. Quod autem peccatum non dicatur in confessione, quia quis non est memor, vel quia habet justam causam illud non dicendi perinde est, ut gratia Sacramentalis posita omnium mortalium attritione non inveniat obicem, & omnia remittantur, sive directè, sive indirectè juxta generalem doctrinam remissionis indirectè. Hæc omnia Dicastillus; Cui ego etiam adhæreo, quod est valde notandum, quia casus potest in praxi accidere, & pœnitentem habere difficultatem eliciendi actum contritionis de peccato, justà causâ in confessione non explicato, & nota quod opinionem Dicastilli docuerat antea ex Cardinali Lugo P. Leander ubi supra de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. q. 51.

5. Notandum est hic etiam, quod in casu supra dicto

Sup. hoc supra in Ref. 585. Notandum est.

CONFITON  
CONFESSARI  
CONFESSARI  
CONFESSARI